



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

48. An ad lucrendum dictum Iubilæum, si quis non habet mortalia,
teneatur adhuc confiteri? Et quando Bulla Iubilæi, vel Indulgentiæ dicitur,
omnibus verè prænitentibus, & confessis, vel omnibus ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76369)

non habet, teneatur illa sub mortali in Quadragesima confiteri pro precepto Ecclesie: Ex p.3. tr.4. Ref. 125. alias 126.

Afirmatiuam sententiam docent Fagundez *ap. 2. lib. 2. cap. 2. num. 20. Sotus in 4. dist. 21. cap. 3. art. 3. Sanchez de matrim. lib. 8. disp. 15. num. 19. de aliis*, quia hæc est vna, & potissima conditio, quam requirit Papa, vt quis Iubilæum consequatur, confessio scilicet peccatorum. Ergo.

2. Sed negatiuam sententiam probabiliorẽ esse existimo, & ita docent Beia *part. 1. cas. 37. Suarez in 3. part. tom. 4. disp. 52. sect. 3. num. 5. Coninch. de Sacram. disp. 12. dub. 7. num. 5. Filliucius tom. 1. tract. 8. cap. 6. num. 145. Henriquez lib. 7. cap. 10. num. 8. & cap. 12. num. 2. Zanardus in direct. Confess. part. 1. de Sacramenti. Penit. cap. 11. q. 24. Graffius decis. part. 1. lib. 4. cap. 15. num. 19. Reginaldus tom. 1. lib. 7. cap. ult. q. 2. num. 7. Comitulus in resp. mor. lib. 1. q. 39. & Benzonius de Iubilæo, lib. 5. cap. 15. dub. 6. vbi sic ait. An qui non habet conscientiam peccati mortalis, teneatur confiteri pro Iubilæo consequendo?*

1. Respondetur breuiter nequaquam teneri, cum enim sit in statu gratiæ, nec materiæ necessariam habeat ad confessionem, non obligabitur pro Iubilæo consequendo ad illam. Vnde cum neque diuino, neque positiuo precepto obligetur quis ad confessionem, quando peccatum mortale non habet, neque tempore Iubilæi obligabitur. Sic Benzonius.

2. Dices cum Scoto, Bonauctura, Ales, Siluestro & Benzonium *vbi supra*, & Caietano *tom. 1. opusc. de confess. tract. 1. & aliis*, qui caret mortalibus, & venialia tantum habet, tenetur sub mortali illa in Quadragesima confiteri. Ergo etiam tenebitur tempore Iubilæi. Respondeo hanc sententiam non esse veram, vt docent DD. quos citat, & sequitur Fagundez *pr. 2. lib. 2. cap. 2. n. 8.* & rationes inuenies apud illos.

RESOL. XLVIII.

An ad lucrandum dictum Iubilæum, si quis non habet mortalia, teneatur adhuc confiteri?

Et quando in Bulla Iubilæi, vel Indulgentiæ dicitur omnibus verè penitentibus, & confessis, vel omnibus contritis, & confessis, &c. ad lucrandam Indulgentiam, an sufficiat vera, & perfecta contritio cum confessione in voto, seu cum proposito confitendi tempore debito secundum Ecclesie præceptum, etiam si lucraturus Indulgentiam commiserit peccata post vltimam confessionem?

Et an confessio sit præmittenda, quando in Bulla Iubilæi, vel Indulgentiæ exigitur, vel satis sit, vt postponatur, dummodo sit intra tempus Iubilæi?

Et quid est dicendum circa hoc vltimum in Iubilæo anni sancti? Ex p. 5. tr. 12. Ref. 30.

Respondeo contra Pollachum *de Iubilæo, sect. 4. num. 20. Laurorium de Iubilæo, part. 2. cap. 14. num. 85. Fernandez in medulla cas. part. 3. cap. 7. n. 8. num. 8. Homobonus de casib. reseruat. cap. 5. obseru. 5. Floronum de casib. reseruat. par. 1. cap. 6. § 6. num. 3. Nugn. in 3. part. quest. 27. art. 3. dub. 2. Sanchez de matrim. lib. 8. disp. 15. num. 19. & in summ. tom. 1. lib. 4. cap. 54. n. 41. Wegam in summ. tom. 1. cap. 54. num. 41.* & alios penes ipsos, confessionem sacramentalem non esse necessariam ad lucrandum Iubilæum, si quis peccata mortalia non habet, quia Ecclesia non est solita præcipere confessionem, nisi de mortalibus, & ideo confessio absolutè accepta fumenda est pro confessione mortalium. Pontifex igitur præcipiendo in Iubilæi

confessionem, loquitur suppositiuè, v. g. si lgeratus indiget confessione, & ita hanc sententiam doceo Ludouicus à Cruz *in Bulla Cruc. disp. 1. cap. 8. dub. 7. n. 12. Reginaldus tom. 1. lib. 7. cap. ult. num. 147. Comitulus in resp. moral. lib. 1. quest. 39. Coninck de Sacramenti. disp. 12. dub. 7. num. 38. Zanardus in Director. Confess. part. 1. de Sacramenti. Penitent. cap. 23. quest. 24. Benzou. de Iubilæo, lib. 5. cap. 1. Leo de Iubilæo, part. 1. num. 79. Fabrinus de Iubilæo, cap. 35. dub. 6. Sanctarellus de Iubilæo, cap. 14. dub. 2. & 4. Layman lib. 5. tract. 7. cap. 6. num. 7. & cap. 8. num. 6. Filliucius tom. 1. tract. 8. cap. 6. num. 145. Bottonus de Iubilæo Sixti V. ver. conscientia sua. fol. 182. & 183. Suarez tom. 4. disp. 52. sect. 3. num. 5. Henriquez lib. 7. cap. 12. num. 2. Portel in dub. regular. ver. Iubilæum, num. 6. Zerola de Iubilæo, lib. 1. cap. 15. dub. 6. Faustus de Iubilæo, lib. 1. quest. 36. Villalobos in summ. tom. 1. tract. 26. diff. 24. num. 11. & alij.*

2. Nota etiam contra Villalobos *in summ. tom. 1. tract. 26. diff. 11. num. 4. Acoftam in Bulla Cruc. q. 14. Bellaminum tom. 1. lib. 3. de Indulgent. cap. 13. quest. 3. Sanctarellum de Iubilæo, cap. 14. dub. 3. Laurorium de Iubilæo, part. 2. cap. 10. num. 51. Leonem de Iubilæo, part. 1. num. 65. Zerolam de Iubilæo, lib. 1. cap. 15. dub. 3. num. 51. & 55. Layman lib. 5. tract. 7. cap. 6. num. 7. Bonacinam de Sacram. disp. 6. quest. 1. punct. 5. num. 5.* & alios, quòd quando in Bulla Iubilæi, vel Indulgentiæ dicitur, *Omnibus verè penitentibus & confessis, vel omnibus contritis & confessis, qui visitauerint Ecclesiam &c. concedimus plenariam Indulgentiam;* ad lucrandam eam sufficere veram & perfectam contritionem cum confessione in voto, seu cum proposito confitendi tempore debito secundum Ecclesie præceptum, etiam si lucraturus Indulgentiam commiserit peccata post vltimam confessionem. Ita Coninck *de Sacram. disp. 12. dub. 7. n. 38. Sà ver. Indulgentia, num. 3. Comitulus in resp. mor. lib. 1. q. 39. Ludouicus à Cruz in Bulla Cruc. disp. 1. c. 8. dub. 7. num. 5. Suarez tom. 4. disp. 52. sect. 3. num. 15. Filliucius tom. 1. tract. 8. cap. 6. n. 148. Henriquez lib. 7. cap. 12. n. 1. & alij*, quia in tali casu confessio exigitur non vt opus, sicut solet exigi ieiunium, elemosyna, &c. sed vt dispositio.

3. Et tandem nota, quòd confessio non est præmittenda, quando in Bulla Iubilæi, vel Indulgentiæ exigitur, sed satis est si postponatur, dummodo sit intra tempus Iubilæi. Ita DD. citati, quicquid in contrarium doceat Nauarr. *de Indulg. notab. 32. num. 39. Benzonius de Iubilæo, lib. 5. cap. 15. dub. 4. Pollachus de Iubilæo, cap. 33.* loquentes tamen de Iubilæo Anni sancti.

RESOL. XLIX.

An qui tempore Iubilæi per aliquam impotentiam physicam, vel moralem non potest confiteri, sed contritus post alia opera præscripta Communionem sumit, lucratur Iubilæum? Ex p. 5. tr. 12. Ref. 29.

Negatiuè respondet Bartholomæus à S. Fausto *in tract. de Iubilæo, lib. 4. quest. 41.* quia hic non adimpleuit quæ in Iubilæo præscribuntur. Nec recurrendum est ad præsumptam mentem Pontificis, quia sumus in claris, & in claris non egemus coniecturis. Et ita hanc sententiam docet etiam Suarez *tom. 4. disp. 52. sect. 3. num. 6. Sanctarellus de Iubilæo, cap. 14. dub. 13. Filliucius tom. 1. tract. 8. cap. 6. num. 146. Laurorium de Iubilæo, part. 2. cap. 14. num. 80. Homobonus in examine Eccles. 2. tract. 8. cap. 7. quest. 22.* & vterque Leo, Alphonsus, & Franciscus, hic *in thesaur. fori Eccles. p. 1. cap. 7. num. 26. ille in tract. de Iubilæo, p. 1. num. 69. & p. 2. num. 168.*

Sup. hoc. sup. in tr. 3. Ref. 147. & lege etiam doct. alex. rius verif. eius annot.

Quod hoc sup. lege doct. Ref. 39. & 95. eius not.

Sup. hoc in Ref. & 9. not. seq. & quoad hoc leg. sup. doct. Ref. 44. & inf. Ref. seq.